

A dilucidari, cū a notioribus ad minus nota procedere, natura nobis insitū fit, qui quidem demonstrandi modus a sapiētibus approbatur. Nam Eunomius ita ratiocinabat. Quo-
 niam spiritus dignitate tertius est, vt ex scripturis sacris habetur, idcirco sequitur ipm na-
 tura quoq; tertium eē. Cuius quidē argumētū illationē & consequētiam Basilius volens
 euertere, pluribus exemplis scripturæ sacre demonstrat, dicēs angeloz, alios primos, ali-
 os secundos, alios ordine dignitatēq; tertios eē, non tamē ex eo consequi, natura quoq;
 tertios eē. Siquidē igitur ipse Basilius verbo, forsan, fuisse vsus, argumētum eius in Eu-
 nomium, quod clarum eē debebat, valde fuisse ambiguum. At inconueniēs eē videtur
 tali tantoq; viro tantam inurere notam, de quo Chalcedonen. synodus testat, ipm exa-
 ctissimā accuratissimamq; tradidisse doctrinam. Porro q̄ exactissimam de sancto spiritu
 nobis sciētiam tradidisset, si verbo, forsan, vsus fuisse illud ergo, forsan, q; magni Basili
 sensum corripit, ex libris eius deleri penitus debet. Præterea is magnus Basilius in eodē
 sermone clarissime dicit, sanctum spiritum a filio accipere. Quod autē accipit, id profe-
 cto non creaturam, vt nos, verum (vt supra dictum est) diuinum eē necesse est. h. tenim
 quidam aliud obsecro, sanctus spūs, in ipsa trinitate a filio accipit, quandoquidē, quod
 accepit, vel accipit, vel in futurum accipiet, id æternaliter habet. Et filij auditus a patre,
 ac eius notio idem sunt. Et diuinorum intelligētia, & eē ipsoꝝ, idē esse creduntur. Nec
B non illud, a patre audire, nil aliud apud Latinos & Græcos est, (vt probabo) q̄ ex patre
 substantiam capere. Quod ergo spiritus a filio accipit, id notio & eē diuinæq; substantia
 est. Cur igitur est censendū magnū Basiliū in sermone de sancto spū, quē in eius cele-
 berrimo die habuit, absq; aliqua hæsitacione dixisse spiritū a filio accipere, alio vero lo-
 co, eundē ipsum Basiliū de eodem spiritu, quo plenus fuisse creditur, illud, forsan, tam
 inconstantū sentētia protulisse? Veræ nanq; sentētia ab hominibus sanctis, sacris literis
 tradita fuerant, quibus innitēs Basilius, in Eunomium vehemēter inuehebantur. Sed
 venio ad tertium illud, quod ab initio vobis probare promiseram, vt ex præcedētium
 & consequētium verborum Basiliū nexu cognoscatis, cuius nam sentētia fuerit. Nam
 clarissime patet, verbis his, forsan pietatis ratio tradit, orationem hanc, quæ subsequitur,
 ita videlicet & sanctus spiritus & si dignitate & ordine, secundus a filio est, non tamen
 verisimiliter alienæ ipm eē naturæ inde consequitur, oppositam eē, quandoquidē sim-
 pliciter ac sine ambiguitate a Basilio fuerat prolata, & si qdam fallaces homines ex eius
 sentētia inferebant, spiritum sanctum natura quoq; tertium eē. Ex his igitur Basili ver-
 bis, non enim a spiritu accipimus aliqua, quæ admodum a filio spiritus, cum nil aliud præ-
 ter diuinam naturā posse accipere, necnō ex alia eiusdē Basiliū autoritate, palam fit, ver-
 bum illud, forsan, ipsius Basiliū neutiquam esse, quandoq; dem libhsq; consistere non vide-
 retur, quod ei magno dedecori eēt, siquidē igitur accipere eē ac procedere, idē signifi-
C cant, & spiritus a filio accipit, vt probatum est, spiritus ergo ex filioq; procedit. Sed vt
 magni Basiliū sentētia fiat clarior, verba eius in tertio contra Eunomium libro altius re-
 petam, vix tandē (inquit) blasphemus in vnigenitum saturatus, ad spm sanctum transit, to-
 tiq; suæ cōsentanea volūtati de ipso etiā differit, sic scribēs: Cum vero hæc nobis de vni-
 genito sufficiat, reliquū est, vt de paracleto q̄q; dicamus, nec opinioēs inexactas multo-
 roꝝ sequemur, sed sanctoꝝ in omnibus doctrinam cōseruabimus, a q; bus cū dignitate ac
 ordine tertio ipm didicerimus, tertium q; natura eē credidimus, hæc Eunomius arro-
 gans & supbus, q; (vt Basilius consequēter dicit) q; non putat oportere in simplici & sin-
 cera fide multoꝝ, pmanere, sed artificiosus q;busdam cauillatoris rōnibus ad id, quod si-
 bi videtur veritatem rursus commutare, satis verbis suis ostendit. Cum enim contēnat
 opinionem multorum, qui spiritum sanctum glorificant, sanctoꝝ simulat cōseruare
 doctrinam, & tacet eos, q; sibi ipam tradiderunt. Nam ex eoꝝ scripturis cognoscere o-
 mus, an hæc illatio, & (vt ita dixerim) cōsequētia ex iporū sentētia fuerit, si ordine ac di-
 gnitate tertius est spiritus, ipsum natura quoq; tertium esse. Magnus ergo Basilius in
 Eunomium inuehitur, q; ipsoꝝ sanctoꝝ libros non citasset, ex quoꝝ sentētia inferebat
 sanctum spiritum natura quoq; tertium esse, quorum quidem sanctoꝝ autoritatem Ba-
 silius approbat, sanctum spiritum (vt supra dicitur) tertium esse, verum ipam Euno-
 mii consequētiam reprobabat, spm natura quoq; tertio eē. Propterea; paulo inferius an-
 geloꝝ exemplum dat, dicēs, alium principē, alium subditum, oēs tñ vnus esse naturæ.
 Deinde de spiritu inquit, Sic profecto & spūs sanctus dignitate qdē & ordine secundus eē.

Accept,